



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 99. Cardinalis Caraffæ colloquium cum Ohilippo circa Paliani Ducis  
fratris sui caussam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](#)

gatus hunc in finem ad Reginam con- Sæcul. XVI.  
 sentiente Rege Montis - Belli Marchio- A.C. 1557.  
 nem decernebat, eidemque Legationis  
 socium adjungebat Hieronymum Ne-  
 chisolam Ordinis S. Dominici Religio-  
 sum, patria Veronensem, ac Theatinum  
 Episcopum, qui Reginam de Pontificis  
 voluntate certiorem redderet. Pariter  
 Rex Peytii caussam ad Reginam remit-  
 tebat, subjungeus, quod ob grave hu-  
 jus Præfulis senium exigua in ejus  
 opera spes a Pontifice collocari possit.  
 Denique ad ultimum articulum Rex re-  
 posuit, Albæ Ducis adventum esse præ-  
 stolandum, ut cum eo melius hac de-  
 re conferri possit.

## §. XCIX.

*Cardinalis Caraffæ colloquium cum  
 Philippo circa Paliani Ducis  
 fratribus sui caussam.*

Interea Caraffa Cardinalis Pontificem *Pallav. c. 5.*  
 de Legationis suæ successu, necnon *n. 9. & 10.*  
 de Regis responzionibus certiorem fa-  
 cere non prætermittebat; quippe hanc  
 in rem Octavium Reversam Terraci-  
 nensem Episcopum olim apud Helvetios  
 Sedis Apostolicæ Nuntium Romam ab-  
 legabat, quem tamen Pontifex proti-  
 nus ad Nepotem suum remisit, signifi-  
 cans, quod Bariensem Ducatum Pal-  
 liano Duci donandum urgeret: cum  
 vero

Sæcul. XVI. vero hæc gererentur, Albæ Dux ad  
A. C. 1557. venerat, cui in Senatu Caraffæ postu-  
latum exponebatur, sinistro tamen suc-  
cessu; omnes enim Ministri Caraffen-  
sium temeritatem indignati ægre fere-  
bant, quod hi indignum, quo Regem  
habebant, modum præmio compensari  
contenderent. Ut tamen pactionibus,  
quibus intra semestre æquam pro Pal-  
liano Ducatu compensationem facere  
Rex jubebatur, satis fieret, ac proin  
hæc ditio Caraffensibus eriperetur, hinc  
Cardinali Rossanensis Principatus una-  
cum annua decem millium aureorum  
penfione offerebatur: verum cum Ca-  
rassa, qui nil nisi diadema ambiebat,  
hanc sponzionem non sine contemptu  
rejiceret, hinc Philippi Regis Ministri,  
ut luculento comprobarent argumento,  
quod exacte initum exequi vellent pa-  
ctum, vi cuius Caraffas Paliano peni-  
tus exuere tenebantur, per quemdam  
Scribam rursus eundem Principatum  
Rossanensem solemni ritu offerebant,  
adstantibus Terracinæ, Polæque Epi-  
scopis, ac nonnullis Philippi Ministris.  
Ad hæc respondit Cardinalis, quod hoc  
negotium non ad se, sed fratrem suum  
spectaret, proin cum eo agendum esset:  
quapropter Hispani per Ascanium Ca-  
racciolum, Romæ Phiiippi res procu-  
rantem, necnon per quemdam publi-  
cum

cum Scribam eandem promissionem Sæcul. XVI.  
Montorio Comiti fieri curabant, præ-  
sentibus Rebiba, & Vitellio Cardinali-  
bus. Attamen Comes temporis spa-  
tium sibi indulgeri petebat, ut Ponti-  
ficiis Patrui sui mentem desuper com-  
pertam haberet, postea vero se respon-  
surum ajebat.

A.C.1557.

§. C.

*Legatus postulati sui repulsam  
indignatus.*

Legatus cum in Philippi Regis aula *Pallav. n. II.*  
sua postulata flocci haberi intelli-  
geret, animi sui indignationem in His-  
paniæ Ministros palam exerere cœpe-  
rat, præcipue, cum inter eos Marcum  
Antonium Columnam, & Ascanium  
Corneum præfentes cerneret; hi enim  
nullum non movebant lapidem adver-  
sus Legatum, partim ut injurias ab eo  
acceptas ulciscerentur, partim ut eun-  
dem inducerent, quatenus eos summo  
Pontifici suo Patruo conciliaret, hoc-  
que beneficio deliniti Papæ studiis  
faverent. Ast Cardinalis cum sese omni  
conceptæ spei fructu destitui, rebusque  
suis cuncta adversari conspiceret, pro-  
cul a Bruxellensi aula ad quamdam  
Abbatiam secessit, ut ibidem animi sui  
mœrorem dissiparet. Attamen Philip-  
pus Rex ad placandum Legati animum  
ompem